

## CAP. I.

De primis corporum, naturalium principis, adeoq;  
de Natura.

**P**incipia sunt quæ non fiunt ex aliis, nec ex se invicem, sed ex illis omnia fiunt.

Suntq;, tria: Materia, forma, & Privatio. Priora duo sunt principia constitutionis, rei generatæ, per se, &c. Ultimum per accidens. Omnia tria sunt principia generationis & transmutationis.

Spagyricorum tria principia, Sal Sulphur & Mercurium, ut sensibilem admittimus, non ut prima.

Materia prima est principium passivum, & primum uniuscujusq; rei naturalis subjectum ex quo aliquid fit, cum insit non secundum accidens